

6. Fides Christum non in Caena praesentem, sed sursum in eo Coeli loco, ubi corpore suo sedet, apprehendit.

7. Indigni duntaxat nuda & vacua Symbola accipiunt in usu Eucharistiae. Et quae sunt horum errorum sexcenti alij, quibus omnibus percensendis & refutandis alio tempore, juvante DEO nostrae vacabunt Muse.

114. Quoad Pontificiorum βδελύγματα, merito Augiae stabulum expurgare videri posset, qui ad vivum omnia refecare, & sub Refutationis limam revocare velet.

115. Nos antiquum illud, Haereticorum errores recitare, est refutare, nunc observabimus, & cum partim ipsa Confessio nostra in articulo 1. & 3. Abusuum mutatorum, partim etiam Apologia passim, Confutationis penso praclare sit functa: brevi delineatione Absurditatum, quibus errores hi laborant, contenti erimus.

116. Primum autem sese offert Transsubstantiatio, quam Pontificij definiunt mirabilem & singularem Conversionem totius substantiae panis in corpus Christi, & totius substantiae vini, in sanguinem ejus, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, factam per panis & vini consecrationem. Concil. Trid. Sess. 13. c. 4. can. 2. d. 11. octob. 1551.

117. Laborat hoc commentum primum absurditatibus Fidei: Evertit enim assertionem Apostoli-

stoli-